cultum præstare Deo. Part. προσφέρων, offerens, immolans, *Hebr. 10, 11.* προσφέροντες, *offerentes. Luc. 23, 36.* ὄξος προσφέροντες αὐτῷ, *acetum et offerentes. Heb. 8, 4.* ἱερέων προσφερόντων, *offerentibus sacerdotibus. Marc. 10, 13.* ἐπιτίμων (*3. plur. imperf.*) τοῖς προσφέρουσι, (*part. præs. d. plur.*) *objurgabant eos, qui adducebant imperf.* προσέφερον. *Heb. 11, 17.* τὸν μονογενῆ προσέφερεν, *unigenitum immolabat. Matth. 9, 2.* προσέφερον αὐτῷ παραλυτικόν, *offerebant ei paralyticum. idem verbum in 3. plur. legitur Marc. 10, 13. Luc. 18, 15.* aor. 1. act. προσήνεγκα, obtuli, *Matth. 17, 16.* προσήνεγκε *immolavit, obtulit, Matth. 8, 4. Marc. 1, 44. Luc. 5, 14. Hebr. 9, 14* ἑαυτὸν ἄμωμον προσήνεγκε τῷ Θεῷ, *seipsum inculpabilem immolavit Deo. item* attulit, *Matth. 25, 20.* obtulit (*seu præsentavit, quo verbo Quintilianus & Plinius utuntur.*) *Act. 8, 18.* προσήνεγκεν αὐτοῖς χρήματα, *obtulit iis pecunias. Act. 7, 42.* θυσίας προσηνέγκατέ μοι, *victimas obtulistis mihi. Luc. 23, 14.* προσηνέγκατέ μοι τὸν ἄνθρωπον τοῦτον, *adduxistis ad me hominem istum.* 3. plur. προσήνεγκαν, *obtulerunt. Matth. 11, 11. & c. 4, 24. & c. 8, 16. & c. 14, 35. & c. 22, 19.* admoveo. *Joh. 19, 29.* προσήνεγκαν (*3. plur. aor. 1. act. indic.*) αὐτῷ τῷ στόματι, *admoverunt ori ejus.* subj. aor. 1. *Heb. 8, 3.* προσενέγκῃ, *quod offerret.* part. aor. 1. προσενέγκας, αντος, ὁ, *qui obtulit, Heb. 5, 7. & c. 10, 12.* aor. 2. προσήνεγκον *legitur in imper. Marc. 1, 44.* καὶ προσένεγκε, (*2. sing. aor. 2. act. imper.*) *& offer. Matth. 8, 4. Luc. 5, 14.* Præs. pass. προσφέρομαι, *me exhibeo, me gero erga. Heb. 12, 7.* ὑμῖν προσφέρεται ὁ θεός, *Deus se erga vos, tanquam erga filios gerit.* offeror, immolor, *Hebr. 9, 9.* θυσίαι προσφέρονται), *sacrificia offeruntur. Heb. 10, 8.* ἅτινες κατὰ τὸν νόμον προσφέρονται), *quæ secundum legem (ceremonialem) offeruntur.* aor. 1. pass. προσηνέχθην. *Tertia sing.* προσηνέχθη, adductus fuit, *Matth. 12, 22. & c. 18, 24. & c. 19, 13.* oblatus fuit, *Act. 21, 26.* part. aor. 2. pass. προσενεχθεὶς, *oblatus, Heb. 9, 28.* ὁ Χριστὸς ἅπαξ προσενεχθεὶς, *Christus semel oblatus.* Præt. perf. med. *Atticum* προσενήνοχα, obtuli, *Heb. 11, 17.* πίστει προσενήνοχεν Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαάκ, *fide obtulit Abrahamus Isaacum.* (*Atticum loco hoc præteritum propter augmenti ingeminationem.* ἐνήνοχα in præt. med. ἐνήνοχα *& Atticè* ἐνήνοχα, *ubi duæ initiales literæ repetuntur.*)

Προσφορὰ, ᾶς, ἡ, oblatio, *Rom 15, 16.* ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν, *oblatio (hoc est, conversio) gentium. Hebr. 10, 10.* διὰ τῆς προσφορᾶς, *per oblationem. ibid. v. 14.* μιᾷ γὰρ προσφορᾷ τετελείωκεν, *unica enim oblatione consummavit. Hebr. 10, 5.* θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, *victimam & oblationem noluisti.*

Προφέρω, profero, *tantùm bis legitur in 3. sing. præs. act. indic. Luc. 6, 45.* προφέρει, *profert, seu promit.*

Συμφέρω, conduco, prosum, confero, *1. Cor. 6, 12.* οὐ πάντα συμφέρει *non omnia conducunt. Joh. 16, 7.* συμφέρει ὑμῖν, *conducit vobis. 1. Cor. 7, 35.* πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον, (*part. præs. gen. neut.*) *ad vestrum ipsorum commodum. 1. Cor. 10, 33.* τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, proprium commodum. *1. Cor. 12, 7.* πρὸς τὸ συμφέρον, *ad utilitatem, scilicet Ecclesiæ. Hebr. 12, 10.* ὁ δὲ ἐπὶ τὸ συμφέρον, *hic autem ad commodum nostrum. 2. Macc 11, 15.* τοῦ συμφέροντος φροντίζων, *utilitatis curam habens. Act. 20, 20* Comporto, *Act. 19, 19.* συνενέγκαντες (*part. aor. 1. act.*)

act.) τὰς βίβλους, postqvam comportassent libros.

Συμφορᾶ, ᾶς, ἡ, damnum, calamitas, Sap. 14, 21.

Τελεσφορέω, ῶ, propriè tributum pro census ratione impositum pendo. ex τελέω solvo, pendo, (Rom. 13, 6.) & φόρος, ου, ὁ, tributum. Vide paulò ante. item ad finem & maturitatem fructus fero. Th. B. componit ex τέλος pro τέλειος, perfectus, & φέρω, fero. ut declaret fructum perfectum & absolutum ferre, hoc est, eousqve ut maturescat. Hinc à Plutarcho δένδρα τελεσφόρα dicuntur arbores, qvæ fructus tempestivos, bonos, perfectos & maturos perferunt, qvâ phrasi utitur Columella lib. 3. cap. 10. Luc. 8, 14.

Τελεσφόρος, ου, ὁ, ἡ, propriè qvi vectigal aut perfectum fructum reddit; it. meretrix, qvæ magistratui tributum solvit ex qvæstu, qvem corpore facit, Deut. 23, 18.

Τροποφορέω, ῶ, mores alicujus fero. aor. 1. ἐτροποφόρησα, Act. 13, 18. Deut. 1, 31.

Ὑπερφέρω, fero super, vel, ultra; supero, f. ὑπεροίσω, aor. 1. ὑπεγέγκα, 3. Esd. 8, 75.

Ὑπερφερὴς, ές, ὁ, ἡ, præstans; comp. ὑπερφερέστερος, præstantior; superl. ὑπερφερέστατος.

Ὑποφέρω, suffero, ita sustineo, ut supersint adhuc vires, ad aliqvid amplius sustinendum. 1. Pet. 2, 19. εἰ ὑποφέρει τις λύπας, si qvis suffert molestias. aor. 1. ὑπέμεινα. 2. Tim. 3, 11. οἵας διωγμοὺς ὑπέμεινα, qvales persecutiones sustinuerim. aor. 2. ὑπέμεινον, idem, 1. Cor. 10, 13. Ἐν δυνάσθαι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν, (a. 2. act. inf.) ut possitis sufferre.

Φωσφόρος, ου, ὁ, phósphorus, lucifer. 2. Pet. 1, 19.

A Χλοηφόρος, ου, viridem herbam ferens, Sap. 19, 7.

Χλοηφορέω, ῶ, herbasco.

ΦΕΡΝΗ, ης, ἡ, dos, qvam uxor affert; qv. à φέρω, 2. Macc. 1, 14. εἰς φερνῆς λόγον, in dotis rationem. Hinc

Παραφέρνα, τὰ, bona qvæ sponsa præter constitutam dotem secum affert; Paraphernalia.

ΦΕΥΓΩ, fugio, Joh. 10, 13. ὁ δὲ B μισθωτὸς φεύγει, mercenarius autem fugit. Imper. φεῦγε, fuge, 2. Tim. 6, 11. ταῦτα φεῦγε, hæc vita. Matth. 2, 13. φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, fuge in Ægyptum. plur. φεύγετε, fugite. Matth. 10, 23. 1. Cor. 6, 18. φεύγετε τὴν πορνείαν, fugite scortationem. 1. Cor. 10, 14. φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας, fugite ab idololatria. Matth. 24, 16. φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη, fugiant in montes. Fut. med. φεύξομαι, fugiam, Jac. 4, C 7. ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ, καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν, resistite Diabolo, & fugiet à vobis. Joh. 10, 5. φεύξονται ἀπ' αὐτοῦ, fugient ab eo. aor. 2. act. ἔφυγον, fugit. Apoc. 12, 6. ἡ γυνὴ ἔφυγεν εἰς τὴν ἔρημον, mulier fugit in desertum. Matth. 8, 33. οἱ βόσκοντες ἔφυγον, subulci fugerunt. Heb. 12, 25. εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἔφυγον (pro ἐξέφυγον) si enim illi non effugerunt. ἔφυγον (3. plur. aor. 2. act.) effugerunt. aor. 2. act. subj. D φύγω, ῃς, ῃ. Matth. 23, 33. πῶς φύγητε (2. plur. aor. 2. act. subj.) qvomodo effugeritis, hoc est, qvomodo effugietis? aor. 2. inf. φυγεῖν, fugere, Matth. 3, 7. Act. 27, 30. A præt. medio πέφυγα (pro qvo tamen ἀνωμάλως Ex. 14, 5. legimus πέφευγα, nec non Act. 16, 27. in compositione) est nomen

Φυγὴ, ῆς, ἡ, fuga, Matth. 24, 20.

Φυγάς, άδος, ὁ, ἡ, profugus, extoris, exul. item servus fugitivus.

Φυγαδεύω, in exilium pello, ejicio. A *Maccab. 10, 28.*

Item, neutraliter fugio, exulo, *2. Macc. 5, 6.* εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἐφυγάδευε, *in arcem fugit. 1. Macc. 2, 43.* πάντες οἱ φυγαδεύοντες, *omnes* fugitivi *seu* exules. Præs. pass. φυγαδεύομαι, in exilium pellor, *p. p.* πεφυγάδευμαι, *part.* πεφυγαδευμένος, *in exilium pulsus*, exul; φυγαδευθεὶς, idem, *2. Macc. 10, 15.*

Συμφεύγω, una fugio, confugio, *1. Macc. 10, 48.*

† ΦΗ̈ΛΙΞ, ικος, ὁ, Felix, *nomen præsidis Romani Latinum. Act. 24, 3.* κρατιστε φῆλιξ, *præstantissime Felix. Act. 25, 14.* ὑπὸ φήλικος *à Felice Act. 23, 25.* φήλικι χαίρειν, *Felici S. P. Act. 23, 24.* πρὸς ἡγεμόνα φήλικα, *ad præsidem Felicem. Videtur per apharesin* φῆλιξ *dici pro* ἀφήλιξ *minorennis.* B

Φυγαδευτήριον, ου, τὸ, refugium, asylum. *1. Macc. 1, 56.*

Φυγαδεία, ας, ἡ, exilium.

Ἀποφεύγω, effugio, *ter legitur in part.* aor. 2. act. *2. Pet. 1, 4. & c. 2, 18. 20.*

Ἐκφεύγω, effugio. Fut. ἐκφεύξομαι, ῃ, εται. *Rom. 2, 3.* ὅτι σὺ ἐκφεύξῃ τὸ κρῖμα τοῦ θεοῦ, *te effugiturum judicium Dei? Hebr. 2, 3.* πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα, *quomodo nos effugiemus?* Præt. perf. med. ἐκπέφευγα, effugi, *Act. 16, 27.* νομίζων ἐκπεφευγέναι τοὺς δεσμίους, *putans effugisse vinctos.* aor. 2. act. ἐξέφυγον, idem, *2. Cor. 11, 33.* καὶ ἐξέφυγον τὰς χεῖρας αὐτοῦ, *& effugi manus ejus. 1. Thess. 5, 3.* καὶ οὐ μὴ ἐκφύγωσιν, (*aor. 2. subj.*) *& nequam effugerint. Luc. 21, 36.* ἐκφυγεῖν, effugere, elabi. (*a. 2. inf.*) C

Ἐκφυγὴ, ῆς, ἡ, effugium, fuga, *3. Macc. 4.* εἰς μηχανὴν τῆς ἐκφυγῆς, *in meditationem fugæ.*

Διαφεύγω, effugio, ἅπαξ λεγόμενον, *semel legitur. Act. 27, 42.* μή τις διαφύγῃ, (*3. pers. aor. 2. opt. act.*) *ne quis effugeret.*

Καταφεύγω, perfugio, *tantùm bis legitur, Act. 14, 6.* κατέφυγον (*3. plur. aor. 2. indic.*) εἰς τὰς πόλεις, *perfugerunt in urbes. Heb. 6, 8.* οἱ καταφυγόντες, (*part. aor. 2. plur. n.*) *qui perfugimus. Job. Pisc. qui cursum eò corripuimus.*

Καταφυγὴ, ῆς, ἡ, perfugium, *a.*

Φηλὶξ φῆλιξ, *nomen* Φῆλιξ *dici pro* ἀφήλιξ *minorennis.*

††† ΦΗΛΌΝΗΣ, ου, ὁ, penula, *2. Tim. 4, 13. Alii* φαιλόνης, ου, ὁ, *alii* φελόνης, ου, ὁ, *alii* φελόνη. *Sed* φῆλιξ *prima in* penula *longa est, η scripsi. Vox origine Latina.*

ΦΗΜΙ᾽ *vide* φάω.

† ΦΗ̈ΣΤΟΣ, ου, ὁ, Festus. *Latinum est nomen præsidis Palæstinæ & Judææ. Act. 24, 27. Est verò* festus *idem quod* sacer *Deo &* solenniter lætus.

ΦΘΆΝΩ, pervenio. Fut. φθάσω. aor. 1. act. ἔφθασα. *Rom. 9, 31.* εἰς ὃν οὐκ ἔφθασε, *non pervenit. Matth. 12, 28.* ἔφθασεν ἐφ᾽ ὑμᾶς, *pervenit ad vos. 1. Thess. 2, 16.* ἔφθασεν ἐπ᾽ αὐτοὺς ἡ ὀργὴ, occupavit *eos ira. 2. Cor. 10, 14.* ἄχρι καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν, *nam etiam usque ad vos pervenimus. 1. Thess. 4, 15.* οὐ μὴ φθάσωμεν (*1. pl. a. 1. act. subj.*) *non perveniamus.* D

Προφθάνω, prævenio, anticipo, anteverto, *Matth. 17, 25.* προέφθασεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, *prævenit eum Jesus. 1. Macc. 10, 23.* προέφθασεν (*3. sing. perf. ind. act.*) ἡμᾶς ὁ ἀλέξανδρος τοῦ φιλίαν καταστῆσαι, *prævenit nos Alexander in amicitia constituenda.*

ΦΘΈΓΓΟΜΑΙ, loquor, *Act. 4, 18.* φθέγγεσθαι, *loqui 2. Pet. 2, 18.* φθεγγόμενοι, *loquentes.* Fut. φθέγξομαι. Præt. ἔφθεγμαι. aor. 1. med. ἐφθεγξάμην, *locutus sum. 2. Pet. 2, 16.* ὁ ἀνθρώπου

Franckesche Stiftungen zu Halle

θεόπνευστος φωνῇ φθεγξάμενον (*asina*) *humana voce locuta.* à *præt. medio inusitato* ἔφθογγα *deriuatur*

Φθόγγος, ου, ὁ, sonus, *Rom.* 10, 18. 1.*Cor.* 14, 7. ἐπιφθόγγῳ κιθάρᾳ; *citharа septem fides habens.*

Φθέγμα, ατος, τὸ, verbum, sermo. *Eurip.*

Ἀντιφθέγγομαι, obloqvor, *pro qvo* ἀντιπτεκείνομαι, *Rom.* 9, 20. *item*, respondeo.

Ἀποφθέγγομαι, éloqvor, *Act.* 26, 25.

Ὑποφθέγγεσθαι, *eloqvi. Act.* 2, 4. aor. 1. med. ἀπεφθεγξάμην, ω, ατο, *cum alloqvutus sum, Act* 2, 14.

Ἀπόφθεγμα, τος, τὸ, dictum præclarum, scitè dictum, scita sententia.

ΦΘΕΊΩ. Fut. ίσω & φθίω. F. ίσω. *item*

Φθίνω, corrumpo, labefacto, perdo, interimo, punio.

Φθίσις, εως, ἡ, tabes, genus morbi.

Φθισικός, ῆ, ὁ, qvi laborat tabe.

Φθινοπωρινός, emarcidus. *componitur ex* φθίνω & ὀπώρα, autumnus, *vel* fructus autumnales, (*vide suprà in* ὀπώρᾳ *Judæ* v. 12.)

Φθείρω, corrumpo, destruo, perdo, violo, 1. *Cor.* 3, 17. ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, *templum Dei violat, h. e. rem Deo sacram contaminat, & profanat.* 1. *Cor.* 15, 33. φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί, *corrumpunt mores bonos colloqvia prava. pro* χρηστὰ *propter apostrophum legitur* χρηστ' *ubi accentus retrahitur in primam & mutatur, & præterea* τ *mutatur in* θ *propter seqventem aspiratam.* Fut. φθερῶ, 1. *Cor.* 3, 17. φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός, *puniet hunc Deus.* Præt. perf. ἔφθαρκα, perdidi. Præt. pass. ἔφθαρμαι,

A perditus sum, (*qvod legitur in compositione* 1.*Tim.* 6, 5.) à 3. *pers.* ἔφθαρται *est*

Φθαρτὸς, ὴ, ὸν, corruptibilis, e, *Rom.* 1, 23. φθαρτοῦ ἀνθρώπου, *corruptibilis seu mortalis hominis.* 1. *Cor.* 9, 25. φθαρτὸν στέφανον, *perituram coronam.* 1.*Pet.* 1, 23. ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς, *ex semine intereunte.* aor. 1. act. ἔφθειρα, corrupi, *Apoc.* 19, 2. ἥτις ἔφθειρε τὴν γῆν, *qvæ (meretrix scortatione sua) corrupit terram.* 1. *Cor.* 7, 2.

B ἑνὶ ἐφθείραμεν, *neminem corrupimus.* aor. 2. act. ἔφθαρον. aor. 2. pass. ἐφθάρην, ης, ὴ, corruptus sum, 2. *Cor.* 11, 3. ὅπως φθαρῇ (*aor.* 2. *pass. subj.*) τὰ νοήματα ὑμῶν, *ita corrumpantur cogitationes vestræ.* Fut. 2. pass. φθαρήσομαι, *lege in compositione*, 2.*Pet.* 2, 12. Præs. pass. φθείρομαι, corrumpor, *Judæ* v. 10. ἐν τούτοις φθείρονται, *in hisce corrumpuntur, vel sese corrumpunt.*

C *Eph.* 4, 22. φθειρόμενον, (*part. præs. pass. acc. s. g. m.*) *qvi corrumpitur, aboletur.* Præt. med. ἔφθορα, *unde est nomen*

Φθορὰ, ᾶς, ἡ, corruptio, 1. *Cor.* 15, 50. ἡ φθορὰ, *corruptio.* 2. *Pet.* 1, 4. φθορᾶς, 1. *Cor.* 15, 42. σπείρεται ἐν φθορᾷ, *seritur in corruptione, hoc est*, corruptum. *Hebraismus. vide suprà phrasin* ἐν δυνάμει, *qvæ ibid. habetur.* 1. *Cor.* 15, 42. *Gal.* 6, 8. ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθορὰν, *ex carne metet interitum.*

D Φθορεύς, έως, ὁ, stuprator, *qvi virginem, seu qvi corrumpit, destruit famam ejus.*

Ἄφθαρτος, ὁ, ἡ, incorruptibilis, immortalis. *Rom.* 1, 23. ἀφθάρτου Θεοῦ. 1. *Tim.* 1, 17. τῷ δὲ βασιλεῖ ἀφθάρτῳ, *Regi autem incorruptibili, seu immortali.* 1. *Cor.* 15, 52. οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι, *mortui resurgent seu suscitabuntur incorruptibiles.* 1. *Pet.*

1, 4. εἰς κληρονομίαν ἄφθαρτον, *ad hæreditatem nulli interitui obnoxiam.*

Ἀφθαρσία, ας, ἡ, immortalitas, *1. Cor. 15, 42.* ἐν ἀφθαρσίᾳ, *h. e.* ἄφθαρτον. *Hebraismus. Eph. 6, 24.*

Διαφθείρω, corrumpo, *Luc. 12, 33.* οὐδὲ σὴς διαφθείρει, *neqve tinea corrumpit. 2. Cor. 4, 16.* διαφθείρεται, (*præs. pass.*) *corrumpitur. 1. Tim. 6, 5.* διεφθαρμένων (*part. præt. pass.*) τὸν νοῦν, *corruptorum mente. Hellenismus pro* τὸν νοῦν. *Apoc. 11, 18.* διαφθεῖραι, *aor. 1. act. inf. ab indic.* διέφθειρα, *corrumpere, perdere, ibidem.* διαφθείροντας, (*part. præs. act. accus. plur.*) *eos, qui perdunt. Apoc. 8, 9.* διέφθαρη, (*3. sing. aor. 2. pass. ind.*) *periit.* à præt. med. διέφθορα *derivatur*

Διαφθορά, corruptio, *Act. 2, 27.* ἰδεῖν διαφθορὰν, *videre corruptionem, h. e. corrumpi & in pulverem reverti. Legitur præterea Act. 2, 31. & c. 13, 34. 35. 36. 37.* sepulcrum, *Act. 13, 34. per metonymiam effecti.*

Ἀδιάφθορος, ον, ὁ, ἡ, incorruptus, integer.

Ἀδιαφθορία, ας, ἡ, integritas, ubi qvis pecuniis aut precibus corrumpi neqvit. *Tit. 2, 7.*

Καταφθείρω, corrumpo, *bis legitur 2. Tim 3, 8.* κατεφθαρμένοι (*part. præt. pass.*) τὸν νοῦν, *corrupti mente. 2. Pet. 2, 12.* καταφθαρήσονται (*3. pl. fut. 2 pass. indic.*) *interibunt.*

Καταφθορά, ᾶς, ἡ, corruptio, destructio. *Sir. 28, 6. 1. Macc. 15, 31.*

Λαοφθόρος, ον, ὁ, populi pernicies: *at* λαόφθορος, ον, ὁ, à populo perditus.

Οἰκοφθόρος, ον, ὁ, qvi rem familiarem dilapidat.

Οἰκοφθορέω, ῶ, qvi familiam pessundat, evertit.

Φθόνος, ου, ὁ, invidia, (*à* φθέω *obsoleto labefacio. Vel à* φθάνω *prævenio. Invidi enim alios volunt prævenire.*) *Matth. 24, 18.* διὰ φθόνον, *ex invidia. Rom. 1, 29.* μεστοὺς φθόνου, *plenos invidia. Gal. 5, 21.* φθόνοι, *1. Pet. 2, 1.* φθόνους.

Φθονερὸς, ὰ, ὁ, invidus, *Sir. 14, 9.*

Φθονέω, ῶ, invideo, *Gal. 5, 26.* ἀλλήλοις φθονοῦντες, *alii aliis invidentes.*

Ἀφθόνως, *adv.* sine invidia. *Sap. 7, 14.* ἀδόλως τε ἔμαθον, ἀφθόνως τε μεταδίδωμι, *sine dolo didici, sineqve invidia trado. Ab*

Ἄφθονος, ον, ὁ, ἡ, invidia carens, copiosus, nimius.

Φιάλη, ης, ἡ, phiala, (*à* πιεῖν ἅλις *satis bibendo.*) *Apoc. 5, 8. & c. 15, 7. & c. 16, 1. & c. 17, 1.*

† Φιλαδέλφεια, ας, ἡ, Philadelphia. *civitas Decapolis, juxta Plinium lib. 5. cap. 18. ad cujus Ecclesiam Johannes Evangelista scripsit. Apoc. 1, 2. 11. & c. 3, 7.* vox composita ex φίλος, ον, ὁ, amicus & ἀδελφὸς, οῦ, ὁ, frater, *q. d.* amor fraternus, *conjugatum ejus* φιλάδελφος fraternâ charitate præditus *legitur 1. Pet. 3, 8.*

† Φιλήμων, ονος, ὁ, Philemon, *hoc est, deosculans, à themate* φιλέω, diligo, osculor. φίλημα, τος, τὸ, osculum. *Fuit nomen viri. Philem. v. 1.*

† Φιλητός, οῦ, ὁ, Philetus. *Nomen hæretici, Latinè* dilectus. *idem qvod* ἀγαπητὸς. *à themate* φιλέω diligo. *Fut.* ήσω. *P.* πεφίληκα. *Præt. pass.* πεφίλημαι. *in 3. pers.* πεφίληται, *unde oritur* φιλητὸς, *idem qvod* πεφιλημένος, dilectus. *2. Tim. 2, 17.*

† Φίλιπποι, ων, οἱ, Philippi, *pluralis numeri tantùm, urbs Macedoniæ à Philippo Rege, Alexandri Magni parente, condita. Notatio est à causa efficiente. Act. 16, 12.* Dicitur

tur verò φιλιππος, q. d. bellicosus, qui equis delectatur, *Matth. 10, 3.* Hinc

Φιλιππήσιος, ου, ὁ, Philippensis, *Phil 4, 15.*

ΦΙΛΟΣ, ου, ὁ, amicus, *Luc.14, 10.* φίλε, amice, *Luc. 11, 8.* Δι' ὃ τὸ εἶναι αὐτὸν φίλον, quod amicus ejus sit. *Jac. 2, 23.* φίλος Θεοῦ, amicus Dei. *Joh.19, 12.* φίλος Καίσαρος, amicus Cæsaris. *Jac.4.4.* φίλος κόσμου, amicus mundi. *Joh 15, 14.* ὑμεῖς φίλοι μου ἐστέ, vos estis amici mei. *Luc. 15, 29* μετὰ φίλων, cum amicis.

Φίλη, ἡ, amica, *Luc.15, 9.* συγκαλεῖ τοὺς φίλους, convocat amicas.

Φιλία, ας, ἡ, amicitia, *Jac.4, 4.*

Φιλιάζω, ineo amicitiam, fio amicus, *Sir.37, 1.*

Φιλέω, ῶ, diligo, amo, amore complector, prosequor. *Joh.21,15.* φιλῶ σε, amo te. *ibid. v. 17.* φιλεῖς με; amas me? *1. Cor. 16, 22.* εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, ἤτω ἀνάθεμα, si quis non diligit Dominum Jesum Christum, sit anathema, hoc est, habeatur pro homine pertinente ad regnum Diaboli. ἀναθεματίζειν enim nihil aliud est, quam, uti Apostolus loquitur *1. Cor. 5, 5.* παραδοῦναι τῷ Σατανᾷ, tradere Satanæ. *Joh.5, 20.* ὁ πατὴρ φιλεῖ τὸν υἱόν, Pater amat Filium. *Matth. 6, 5.* φιλοῦσιν προσεύχεσθαι, solent orare. *Matth. 23, 6.* φιλοῦσι τὴν πρωτοκλισίαν expetunt primum accubitum. *Luc.20,46.* φιλούντων (part. præs. act.) ἀσπασμοὺς ἐν ἀγορᾷς, πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις, quos expetunt salutationes in foro, primos consessus in synagogis, & primos accubitus in conviviis. imperf. act. ἐφίλεον, ουν, amabam. *Joh.20, 2.* ὃν ἐφίλει ὁ Ἰησοῦς, quem diligebat Jesus. Fut. 1. act. φιλήσω, amabo. Præt. act. πεφίληκα, amavi. *Joh.16,27.* ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε, vos me amastis. Præt. pass. πεφίλημαι. aor.1. act. ἐφίλησα, amavi, item osculatus sum, *per metonym. subj.* Nam osculum est amoris signum. *Matth. 26, 48.* ὃν ἂν φιλήσω, (aor. 1. subj.) quem osculatus fuero. *Luc. 22, 47.* φιλήσαι αὐτὸν, scilicet ἕνεκα, hoc est, ut eum oscularetur.

Φίλημα, τος, τὸ, osculum, *Luc. 7, 45.* φίλημά μοι οὐκ ἔδωκας, osculum mihi non dedisti. *Luc.22, 48.* φιλήματι παραδίδως; osculóne prodis? φίλημα ἅγιον, osculum sanctum. *Rom. 16, 16. 1. Cor. 16, 20. & 2. Cor. 13, 12. & 1. Thess 5, 26.* φίλημα ἀγάπης, osculum charitatis, *1.Pet.5, 14.*

Καταφιλέω, ῶ, deosculor, *Luc. 7, 45.* καταφιλοῦσι, (*part. præs. gen. f.*) deosculans. *Luc. 7, 38.* καταφιλεῖ, (*3. sing imperf. act.*) deosculabatur. *Act. 20,37.* καταφίλουν, (*3. plur. imperf.*) deosculabantur. *Matth. 26, 49.* κατεφίλησεν, (*3. sing. aor. 1. act.*) deosculatus est eum. Fuit hic ritus osculo salutandi Orientalibus familiaris, quemadmodum idem vidi fieri apud Belgas & Allobrogas. Superiores Germani loco osculi porrigunt manum.

Θεοφιλής, έος, ὁ, ἡ, Dei amans, pius. *Prol. Sir.*

Προσφιλής, έος, ὁ, ἡ, amabilis, gratus. *Phil.4.8.*

ΦΙΜΟΣ, οῦ, ὁ, & φιμός, ου, ὁ, camus, fiscella, capistrum.

Φιμόω, ῶ, propriè ori capistrum injicio. item per metaph. ad silentium adigo. *1.Pet. 2, 15.* φιμοῦν (*præs. inf.*) os obstruere. Fut. φιμώσω. *1. Cor. 9, 9.* οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα, non obligabis os bovi trituranti. Præt. perf. πεφίμωκα, unde est præt. pass. πεφίμωμαι, in 2. persona πεφίμωσαι, unde est præt. perf. pass. imper. πεφίμωσο, obmutesce tu mare, vel tu vente, *Marc. 4, 39.*

Metaphora hyperbolica q. d. ἕξω νη- A *ναυ, concremati sunt.*
νεμία, *sit malacia. Solo nutu* CHRISTVS *ventos tollit.* aor. 1. act. ἐφίμωσε, *Matth. 22, 34.* ἐφίμωσε τοὺς Σαδδουκαίους, *occlusit os Sadducæis.* aor. 1. pass. ἐφιμώθλω. *Matth. 22, 12.* ὁ δὲ ἐφιμώθη, *at ille quasi capistro injecto obmutuit. unde aor. 1. imper.* φιμώθητι, *Marc. 1, 25. Luc. 4, 35. obmutesce, per meton. effecti metaphoricam. Nam oris occlusio est causa silentii, & praeterea* φιμωτὸς *propriè de jumentis capistratis dicitur.*

ΦΛΕΓΩ, incendo, inflammo. Fut. φλέξω. *Deut. 32, 22.* Præt. πέφλεχα. Præt. pass. πέφλεγμαι, *unde est*

Φλέγμα, τος, τὸ, pituita, *ita dicta κατ' ἀντίφρασιν, propriè enim* φλέγμα *ardorem, incendium, & inflammationem significat.* Præt. med πέφλεγμα, *& hinc est*

Φλοξ, γος, ἡ, flamma. *Luc 16, 24.* B ἐν φλογὶ ταύτῃ, *in flamma hac. Vide praeterea Act. 7, 30. 2. Thess. 1, 8. Hebr. 1, 7. Apoc. 1, 14. & c. 19, 12.*

Φλογίζω, inflammo, *Jac. 3, 6.* φλογίζουσα (*part. pres. act*) *ibid.* φλογιζομένη, (*part. pres. pass*) *inflammata.* τὸ πῦρ φλογίζον, *ignis ardens Ex. 9, 24.* Fut. φλογίσω Præt. πεφλόγικα. Præt. pass. πεφλόγισμαι, *unde est*

Φλογισμὸς, οῦ, ὁ, *& per syncopen*

Φλογμὸς, οῦ, ὁ, ustulatio.

Καταφλέγω, comburo. aor. 1. κατέφλεξα, subj. καταφλέξω, ῃς, ῃ, *Sap. 16, 18.*

Πυρφλεγὴς, ές, ἡ, igne flagrans, igneus, *Sap. 18, 3.* πυρφλεγῆ στύλον, *igneam columnam.*

Συμφλέγω, comburo.

Συμφλογίζω, simul inflammo, concremo, *2. Macc. 6, 11.* συνεφλογίσθη-

† ΦΛΕΓΩΝ, οντος, ὁ, Phlegon. *Nomen viri, Rom. 16, 14. Est part pras. act. à them.* φλέγω, ardeo, *item* uro, *q. d.* ardens.

ΦΛΕΩ, nugor, (*idem quod* φλυαρέω, ῶ,) φλύω *&* φλύζω *&* φλύσσω. *Frisonibus* flauen *est mentiri. F.* ξω. *idem*

Φλύος, ου, ὁ, nugæ.

Φλυαρος, ου, ὁ, nugator, nugax. *1. Tim. 5, 13.*

Φλυαρέω, ῶ, nugor, garrio, *3. Joh. v. 10.* λόγοις πονηροῖς φλυαρῶν ἡμᾶς, *verbis malis deblaterans in nos.*

Οἰνόφλυξ, γος, ὁ, ἡ, qui vino bullit, qui vino ardet, vinosus.

Οἰνοφλυγία, ας, ἡ, compotatio. *1. Pet. 4, 3.*

ΦΛΟΙΟΣ, οῦ, ὁ, cortex, *Sap. 13, 11. Hinc*

Φλοιόω, decortico.

ΦΟΒΕΟΜΑΙ, *vide suprà* φέβομαι.

† ΦΟΙΒΗ, ης, ἡ, Phœbe. *Rom. 16, 1. nomen mulieris. Derivatur à masculino suo* φοῖβος, ου, ὁ, Phœbus, Sol. *unde est* φοίβη, ης, ἡ, Luna. *Dicitur verò* φοῖβος, *q.* φάος, lux *&* βίος vita, *hoc est*, lux vitæ. *Virgil. lib. 3. Æneid.*

Phœbeæ lampadis instar.

Hinc poëta Græci eum vocant φερέσβιον, *quod afferat vitam, nempe instrumentaliter. Vere enim, Sole redeunte ad nos, omnia revirescunt, reflorescunt & q. revivisciunt. Hebræi Solem vocant* שֶׁמֶשׁ, *q. d. administratorem lucis. Lucem enim à Deo creatam nobis subministrat, de cujus utilitate poëta sic scribit:*

Vere reflorescit tellus & flumina circum

Fun-

Fundit humus flores, revirescunt prata, nemusqve.
Solvitur acris hyems, & nix liqvefacta calore
Solis, & astrorum tenues vanescit in auras.
Nec boreas perdit flores, ut fecerat antè.
Sangvis & in nostro renovatur corpore, robur
Colligimus, nobis qvod ademerat horrida bruma.

† ΦΟΙΝΊΚΗ, ης, ἡ, Phœnice vel Phœnicia. *Syriæ pars est, Tyro & Sidone, duabus amplissimis urbibus clara. Nomen hoc origine Græcum. Act. 11, 19. c. 21, 2.*

† ΦΟΊΝΙΞ, ικος, ὁ, palma *arbor, fortè à palmarum copiâ olim sic appellata. Act. 27, 12. portus qvidam ita dictus fuit. Punica lingva olim etiam dicebatur γλῶσσα Φοινίκων. Joh. 12, 13.* ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν Φοινίκων, *acceperunt ramos palmarum. Apoc. 7, 9.* καὶ Φοίνικες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, *& palmæ h. e. ramusculi palmæ (tanqvam victoriæ signa) in manibus eorum. Eodem significatu accipitur hæc vocula à Theophrasto in characteribus* ἐπὶ μικρολογίας.

† ΦΟ'ΡΟΝ Α'ΠΠΙ'ΟΥ, Forum Appii *Act. 28, 15. nomen oppidi in Italiâ longius à Roma, qvam Aricia distans, qvod Horatius lib. 1. Serm. Sat. 5. ostendit. Ad qvam urbem Paulus venit, qvum duceretur Romam, Act. 28, 15.* Φόρον, ου, ὁ, παρὰ τὸ φέρειν à ferendo, *qvod omnia venalia ferantur in forum.* Appius *forte ita dicitur, q.* ἀπίων, ονος, ὁ, non pingvis, non crassus. πῖος, εος, ὁ, pingvedo, vel *ex obsoleto* πίω, bibo. ἀππίω & contractè ἀππίω.

† ΦΟΥΡΤΟΥΝΑ'ΤΟΣ, ου, ὁ, Fortunatus *1. Cor. 16, 17. Sic* πλάτος *accentum habet in penultima. Nomen viri Latinum à nomine* Fortuna, *qvod est à* fors, tis, *& hoc à* fero, *qvod vulgus crederet fortunam esse rerum humanarum dominam, & ab eâ afferri tam adversa qvàm secunda. Sed hæc blasphemia est, qvam Satanas in Dei exspuit providentiam. Laude digniss. est Augustinus, qvi in libris retractationum fatetur, sibi dolere, qvod toties usus fuerit impio hoc & execrabili* fortunæ vocabulo. *Nam Christianum hominem non oportet tantùm recte sentire, sed etiam loqvi. Vide suprà* τύχη.

††† ΦΡΑΓΈΛΛΙΟΝ, ου, τὸ, flagellum. *Vocabulum hoc origine est Latinum, cujusmodi in N. Test. occurrunt complura, ut* λέντιον, κουστωδία, πραιτώριον, στρατοπεδάρχης, *&c. vide singula hæc vocabula & alia suis locis. Joh. 2, 15.*

Φραγελλόω, ῶ, flagello, *Matth. 27, 26. Marc. 15, 15. pro* φραγελλόω, ῶ, *dicunt Græci* ῥαβδίζω, *de qvo suo loco. Græci in hac peregrina voce mutarunt* λ *in* ρ *ex more lingvæ suæ, qvæ concursum trium* lambda *respuit. Sic hodie Itali à majorum suorum consuetudine alieniores l mutant in i, & pro* pleno *dicunt* pieno: *pro* plu, piu: *pro* placere, piacere, *&c.*

ΦΡΆΖΩ, dico, commemoro. Fut. φράσω. aor. 1. ἔφρασα, *Matth. 13, 36.* φράσον ἡμῖν τὸν παραβολὸν, *edissere nobis parabolam.* Præt. perf. πέφρακα. aor. 2. act. ἔφραδον. Præt. med. πέφραδα. Præt. perf. pass. πέφρασμαι: *unde est part. p.* πεφρασμένος, *pro* πεφρασμένος. *Verbum hoc in N. Test. bis legitur: Matth. 13, 36. & c. 15, 15.*

Μεταφράζω, transfero, interpretor.

Μετάφρασις, εως, ἡ, metaphrasis, translatio, interpretatio, 2. Macc. 2, 32.

ΦΡΆΣΣΩ sive φράττω propriè sepio, munio, uti ostendit ejus derivatum φραγμὸς, de quo paulò post. item os occludo, obturo, obstruo. Fut. φράξω Præt. perf. πέφραχα. aor. 1. ἔφραξα, Heb. 11, 33. ἔφραξαν στόματα λέοντων, obstruxerunt ora leonum. aor. 2. ἔφραγον. aor. 2. pass. ἐφράγην, ης, η, in subj. φραγῶ, ῇς, ῇ. Rom. 3, 19. ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ, ut omne os obstruatur. Fut. 2. pass. φραγήσομαι, obstruar, 2. Cor. 11, 10. ἡ καύχησις αὕτη οὐ φραγήσεται εἰς ἐμὲ, hæc gloriatio non obstruetur (interrumpetur) in me, hoc est, mihi est permansura.

Φραγμὸς, οῦ, ὁ, septum. Eph. 2, 14. ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, qui utraque fecit unum, & intergerini parietis septum solvit. item Eccles. 10, 8.

Ἀπεφράττω, obstruo, obturo. 1. Macc. 9, 55.

Ἐμφράττω, obturo, obstruo. 2. Macc. 2, 5. τὴν θύραν ἐνέφραξε, ostium obstruxit.

Ἐμφραγμὸς, οῦ, ὁ, septum, obex, Sir. 27, 14.

Καταφράσσω, munio. Præs. pass. καταφρασσομαι, munior, 1. Macc. 6, 38.

Κατάφρακτος, ου, ὁ, cataphractus, armis undiquaque munitus, & quasi circumseptus.

Περιφράττω. Job. 1, 10. περιέφραξας τὴν ἔσω αὐτοῦ, καὶ τὰ ἔξω, circumvallasti interiora ejus & exteriora. hoc est, & quæ domi & quæ foris habet Præs. pass. περιφράττομαι, circumsepior, 2. Macc. 12, 13. πόλις τείχεσι περιφραγμένη, urbs mœnibus circumsepta.

A ΦΡΕΆΡ, ατος, τὸ, puteus (ἀφρέω pro φίρω emitto, ut fons à fundendo. Etymol. ἀφλῶ bullio. vel ὅτι εἰκῆθεν φίρει) ὕδωρ, quod inde feratur aqua) Job. 4, 11. τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθὺ, puteus est profundus. Apoc. 9, 1. ἡ κλεὶς τοῦ φρέατος, clavis putei. Luc. 14, 5. εἰς τὸ φρέαρ ἐμπεσεῖται, in puteum incidet.

ΦΡΗΝ, ενὸς, ἡ, mens. (idem quod νοῦς, διάνοια. ἀπὸ τοῦ ἱέω, ῶ, projicio, præmitto, procul jaceo, quod ex mente B projiciantur, emittantur & prodeant consilia, pro προϊῶ ὡσῇ & pro ὡσῇ φρῶ unde φρῶ, Etymol.) αἱ φρένες, intelligentia. Nam pluralis usitatior est singulari. Hom. σὺ δ' ἐπὶ φρεσὶ βάλεο σῇσι. Virgil. hæc reddit, tu condita mente teneto. 1. Cor. 14, 20. μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσὶν, ne estote pueri judicio, seu mente, seu intelligentia.

Φρενόω, ῶ, ad mentem reduco. C Præs. pass. φρενόομαι, ῶμαι, ad mentem reducor, menti restituor; item animosus reddor, efferor, 2. Macc. 11, 4. πεφρενωμένος, animosus redditus, animo elatus, vel, extra mentem positus.

Φρονέω, ῶ, sapio, curo, sentio, Matth. 16, 23. οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ θεοῦ, non æstimas res ex voluntate & decreto Dei, sed ex sensu carnis & corrupto judicio. Rom. 14, 6. Κυρίῳ φρονεῖ, Domino curat. Phil. 3, 15. εἴ τι ἑτέρως φρονεῖτε, si quid aliter sentitis. Rom. 8, 5. τὰ τῆς σαρκὸς (scilicet ὄντα) φρονοῦσι, quæ carnis sunt, sapiunt. imper. Col. 3, 2. τὰ ἄνω φρονεῖτε, superna curate. subj. Phil. 2, 2. ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῶσι, ut idem sentiatis. Phil. 3, 15. τοῦτο φρονῶμεν, hoc sentiamus. infin. Rom. 12, 3. φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, sapere ad sobrietatem, Phil. 4, 10. ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, pro τοῦ φρονεῖν ὑπὲρ ἐμοῦ ὑπὲρ ἐμοῦ, revirescere fecistis bestram

stram pro me curam. ἀνεθάλετε enim accipitur μεταφορικῶς. vide suo loco. part. Rom. 14, 6. ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν, qui curat diem, hoc est, legale discrimen dierum. Phil. 3, 19. τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες, terrena curantes. imperf. ἐφρόνουν, ων, curabam, Phil. 4, 10. ἐφ' ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε, qua de re etiam solicitiores eratis. Fut. φρονήσω, Gal. 5, 10. οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε, nihil aliud sentietis. Præs. pass. φρονοῦμαι, ῶμαι, Phil. 2, 5. Τοῦτο γὰρ φρονείσθω (præs. imper.) ἐν ὑμῖν, hoc enim sentiatur in vobis. hoc est, hic sit effectus in vobis. Præt. act. πεφρόνηκα. Præt. pass. πεφρόνημαι, unde est nomen

Φρόνημα, τος, τὸ, quod quis sentit, sensus, desiderium, affectus, cupiditas, studium. Rom. 8, 6. τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, θάνατος, desiderium carnis, mors est. ibid. v. 27. φρόνημα τοῦ πνεύματος sensus Spiritus.

Φρόνησις, εως, ἡ, prudentia, Luc. 1, 17. Eph. 1, 8.

Φρόνιμος, η, ον, ὁ, ἡ, prudens, quasi providens, prudens versatur περὶ τὰ πρακτέα καὶ διωκτέα, circa ea quæ sunt facienda aut cavenda, unde liquet, quodnam sit discrimen inter φρόνησιν, & σοφίαν. Luc. 12, 42. ὁ πιστὸς οἰκονόμος καὶ φρόνιμος, dispensator fidelis & prudens. Matth. 25, 8. αἱ δὲ μωραὶ ταῖς φρονίμοις εἶπον, fatuæ vero prudentibus dixerunt, ibid. v. 9. αἱ φρόνιμοι, cordatæ seu circumspectæ. arrogans, Rom. 11, 25. ἵνα μὴ ἦτε παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι, ne sitis apud vosmetipsos insolentes. Rom. 12, 16. μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς, ne estote prudentes apud vosmetipsos, hoc est, ne arrogate vobis prudentiam. vel ut legimus Prov. 3, 7. ne sis sapiens in oculis tuis, quod repetitur Es. 5, 21. Compar. φρονιμώτερος, α, ον, prudentior, us, Luc. 16, 8. Superlat. φρονιμώτατος.

A

Φρονίμως, Adv. prudenter, circumspectè, Luc. 16, 8.

Ἄφρων, ονος, ὁ, ἡ, demens. 2. Cor. 12, 11. γέγονα ἄφρων καυχώμενος, fui amens in gloriando. 2. Cor. 11, 16. ὡς ἄφρονα δέξασθέ (aor. 1. imper. med.) με, ceu dementem recipite me. Vocat. ἄφρον, stulte. Luc. 12, 20. 1. Cor. 15, 36. plur. οἱ ἄφρονες, stolidi, Eph. 5, 17. Luc. 11, 40. 1. Pet. 2, 15. τὴν ἀφρόνων ἀγνωσίαν, stolidorum ignorantiam.

B

Ἀφροσύνη, ης, ἡ, amentia, Marc. 7, 22. 2. Cor. 11, 17. 21.

Εὔφρων, ονος, ὁ, ἡ hilaris, lætus, a.

Εὐφροσύνη, ης, ἡ, lætitia, Act. 2, 28.

Εὐφρόσυνος, η, ὁ, ἡ, lætus. Judith. 14, 9.

Εὐφραίνω, exhilaro, oblecto, lætitia perfundo, 2. Cor. 2, 2. εὐφραίνομαι, lætor, Luc. 12, 19 Præs. imper. εὐφραίνου, Luc. 12, 19 indulge genio, seq. guter ding. in plur. εὐφραίνεσθε, lætamini, gaudete. Apoc. 12, 12. a 1. pass. εὐφραίνθω, ης, η, Act. 2, 26. aor. 1. pass. imper. εὐφράνθητι, gaudete, Rom. 15, 10. aor. 1. subj. εὐφρανθῶ, ῇς, ῇ, Luc. 15, 29. εὐφρανθῶμεν lætemur, Luc. 15, 23. aor. 1. inf. εὐφρανθῆναι, lætari. Luc. 15, 32. Fut. 1. pass. Psal. 104, 35. εὐφρανθήσομαι ἐν Κυρίῳ, lætabor in DOMINO.

C

D

Ματαιόφρων, ονος, ὁ, ἡ, qui inepta & absurda sapit, 3. Macc. 6. Hinc

Ματαιοφρονέω, ῶ, desipio; ex μάταιος, vanus, & φρὴν, unde φρονέω.

Σώφρων, ονος, ὁ ἢ ἡ, (quasi dicat, σῶος φρένας salvus mentem) mentis compos, sana mente præditus, prudens. item sobrius, continens. 1. Tim. 3, 2. Tit. 1, 8. σώφρονα, δίκαιον,

ὅσιον, *temperantem, æqvum, sanctum.* *Tit.* 2, 5. σώφρονας, ἁγνὰς, *moderatas, castas.*

Σωφρόνως, *Adv.* temperanter, *Tit.* 2, 22. σωφρόνως, καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς, *temperanter & justè & piè.*

Σωφροσύνη, ης, ἡ, mens sana, *Act.* 26, 25. ἀληθείας καὶ σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγομαι, *veritatis & sanæ mentis verba eloqvor.* modestia. *1. Tim.* 2, 9. μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης, *cum verecundia & modestia.*

Σωφρονέω, ῶ, mentis sum compos, (*cui opponitur* τὸ μαίνεσθαι *insanire*) *2. Cor.* 5, 13. *Marc.* 5, 15. temperans sum. *Tit.* 2, 6. sobrius sum, prudens, cautus, omnia consulto facio. *1. Pet.* 4, 7. σωφρονήσατε, (*aor. 1. act. imper.*) *estote sobrii.*

Σωφρονίζω, sapere doceo, facio, ut qvis sapiat, ad sanam mentem revoco, *Tit.* 2, 4. ἵνα σωφρονίζωσι τοὺς νέους, *ut sapere doceant & bonis moribus imbuant adolescentulas.* Fut. σωφρονίσω. Præt. perf. σεσωφρόνικα. Præt. pass. σεσωφρόνισμαι, *unde est nomen.*

Σωφρονισμὸς, ῦ, ὁ, sanitas animi, *2. Tim.* 1, 7.

Καταφρονέω, ῶ, contemno, *cum Genitivo. Rom.* 2, 4. καταφρονεῖς, *contemnis. 1. Cor.* 11, 22. τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖτε, *Ecclesiam Dei contemnitis.* Imperat. *1. Tim.* 4, 12. καταφρονείτω, *contemnat.* (*3. pers. præs. imper.*) *1. Tim* 6, 2. καταφρονείτωσαν, (*3. plur. præs. imper.*) *contemnant.* *part. 2. Pet.* 2, 10. κυριότητος καταφρονοῦντας, *dominatum contemnentes.* Fut. καταφρονήσω, spernam. *Matth.* 6, 24. καὶ τὸν ἕτερον καταφρονήσει, *& alterum contemnet.* aor. 1. act. κατεφρόνησα, sprevi, contempsi, *Hebr.* 12, 2. αἰσχύνης καταφρονήσας, (*part. aor. 1. act.*) *ignominia contempta. Matth.* 18, 10. ὁρᾶτε, μὴ καταφρονήσητε, (*aor. 1. subj. 2. plur.*) *videte, ne contemnatis.*

Καταφρόνησις, εως, ἡ, contemptio, contemptus. *2. Macc.* 3, 18. εἰς καταφρόνησιν ἔρχεσθαι, *in contemptum venire.*

Καταφρονητὴς, οῦ, ὁ, contemptor, *Act.* 13, 41.

Ὁμόφρων, ονος, ὁ, ἡ, concors, *ubi est mens eadem, ex* ὁμὸς, ἡ, ὸν, *similis, & φρὴν, mens, qvorum est unum velle & unum nolle. 1. Pet.* 3, 8.

Περιφρονέω, ῶ, despicio, *Tit.* 2, 15. μηδεὶς σε περιφρονείτω, *nemo te contemnat.*

Παραφρονέω, ῶ, desipio, *2. Cor.* 11, 13.

Παραφρονία, ας, ἡ, *dementia, 2. Pet.* 2, 16.

Παράφρων, ονος, ὁ, ἡ, amens, *Sap.* 5, 20.

Παραφρονέων, ουσα, ὁ, idem.

Ὑπερφρονέω, ῶ, supra sapio, *Rom.* 12, 3. μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, *ne sapiat supra qvam oportet sapere.*

Ὑψηλοφρονέω, ῶ, efferor animo, *Rom.* 11, 20. μὴ ὑψηλοφρόνει, *ne efferor animo.*

Φιλόφρων, ονος, ὁ, ἡ, comis, benevolus, *1. Pet.* 3, 8. φιλοφρόνως. *Adv.* comiter. *Act.* 28, 7.

Φιλοφρονέω, ῶ, prudentiæ amans sive studiosus sum, *2. Macc.* 2, 26. τοῖς φιλοφρονοῦσιν, *prudentiæ studiosis; possis etiam exponere* curiosis.

Φιλοφρονέομαι, οῦμαι, *verbum med.* comitate prosequor, humanitate amanter complector. *cum Acc.*

Ταπεινόφρων, ονος, ὁ, ἡ, humilis, qvi humiliter de se sentit, nec altos gerit spiritus.

Ταπεινοφροσύνη, ης, ἡ, humilitas, animi demissio, *Col.* 2, 18. ὁ ταπεινοφρο-

νοφροσύνη, *in animi demissione, ubi in* A *bitio ponitur, ita ut intelligatur prætextus stultæ demissionis animi. Act. 20, 19.* μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης, *cum omni animi submissione.*

ΦΡΙΊΞ, ικός, ἡ, maris vel fluctuum fremitus.

Φρίσσω *vel* φρίττω, horreo, *Jac. 2, 19.* τὰ δαιμόνια πιστεύουσι καὶ φρίσσουσι, *dæmonia credunt (quidem) sed horrescunt.* Fut. φρίξω. Præt. act. πέφρικα. aor. 1. act. ἔφριξα. Præt. med. πέφρικα.

Φρίκη, ης, ἡ, horror.

Φρικασμός, ῦ, ὁ, idem, *2. Macc. 3, 17.* ἀ φρικάζω, *quod tamen nusquam lego.*

Φρικτός & φρικώδης, ος, ὁ, ἡ, horridus, horribilis, *Os 6, 10.*

Φρικτῶς, *adverb.* horrendè, *Sap. 6, 6.*

Ὑπόφρικτος, & ὑποφρικτός, ῦ, ὁ, ἡ, subhorrens, qui horrore aliquantum tenetur; *ab*

Ὑποφρίσσω, aliquantum horreo.

Φρικτός, ἡ, ὸν, tremendus, a, um. *Chrysost.* φρικτὰ μυστήρια, *sacrosancta sacramenta.*

ΦΡΟΝΤΙΊΣ, ίδος, ἡ, cura, solicitudo. *Sap. 8, 10.* (ἀ φρονέω, ῶ, sapio, curo, *quod est* ἀ φρὴν, ενὸς, ἡ, mens)

Φροντίζω, curo, *Tit. 3, 8.* ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι, *ut curent seu studeant bonis operibus præesse.* Fut. φροντίσω, *vel Atticè* φροντῶ. Præt. perf. πεφρόντικα. Part. πεφροντικὼς, *solicitus.*

Πολυφροντὶς, ίδος, & πολύφρων, ονος, multas curas habens, *Sap. 9, 15.*

ΦΡΥΆΤΤΩ, fremo. Fut. ξω. Præt. χα. aor. 1. ἐφρύαξα, *fremui. Act. 4, 25.* ἵνα τί ἐφρύαξαν τὰ ἔθνη; *Quare fremuerunt gentes? p. p.* πεφρυαγμένος, *3. Macc. 2.*

Φρύαγμα, ατος, τὸ, & Φρυαγμὸς, ῦ, ὁ, fremitus; *metaph.* insolentia.

† ΦΡΥΓΙΊΑ, ας, ἡ, Phrygia. *Asiæ minoris regio amplissima, Galatiæ finitima, quam Paulus peragravit. Act. 16, 6.* Φρύξ, γὸς, ὁ, Phryx. *est ejus regionis incola. Fortassis sic dicti fuerunt* Phryges, παρὰ τὸ φρύγειν, à torrefaciendo.

ΦΡΥΓΩ, torreo, torrefacio. *Dicitur etiam* φρύσσω *vel* φρύττω *in eadem significatione.*

Φρύγανον, ου, τὸ, sarmentum, lignum aridum, crematu facile, *Act. 28, 3.*

† ΦΥΓΈΛΛΟΣ, ου, ὁ, Phygellus *nomen viri, de quo apostatâ Paulus 2. Tim. 1, 15. conqueritur. Videtur componi ex* φεύγω, *in præt. med.* πέφυγα, *unde est* φυγὴ, ῆς, ἡ, fuga, & *nomine* ὤψ, ωπὸς, ὁ, oculus, *q. d. qui se ex oculis nostris subducit.*

ΦῨΚΟΣ, ος, τὸ, fucus; *fruticis marini genus, cujus radice lana inficitur & vultus tingitur, Sap. 13, 14.* καταχρίσας μίλτῳ καὶ φύκει, *inungens milio & fuco.*

ΦΥΆΑΞ, ακος, ὁ καὶ ἡ, custos, excubitor, vigil (*affine Hebræo* פלש *uti verbum ostendit* φυλάττω, custodio)

Φυλακὶς, ίδος, ἡ, custos fœmina. *Act. 5, 23. & c. 12, 6. 19.*

Φυλακὴ, ῆς, ἡ, *propriè* custodia, *per syn. gen.* carcer, *Matth. 5, 25.* εἰς φυλακὴν βληθῇς, *in carcerem conjiciaris.* vigilia, *Matth. 14, 25.* τετάρτῃ δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς, *quarta autem vigilia noctis. Scilicet nox more castrensi erat divisa in quatuor vigilias, & cuique quadranti cedebant terna horæ: juxta horologium Judæorum*

rum fuit hora nona, juxta nostrum foret hora tertia nocturna. Hinc Propertius:

Et jam quarta canit venturam buccina lucem.

Et in Euripidis Rheso πτερόμοιρον φυλακὴν, *quadripartita vigilia. Valla: Excubiæ sunt diurnæ & nocturnæ, vigiliæ tantùm nocturnæ. Servius: Excubiæ sunt diurnæ, vigiliæ nocturnæ. Sic Matth. 24, 43.* πολὰ φυλακῇ, *quanam vigilia, hoc est, quanam hora, seu quonam tempore? Metonym. subj.* custodia *Luc. 2, 8. per metonym adj.* excubitores *seu* milites vigiles. *Act. 12, 10.* διελθόντες τλὼ πρῶτλω φυλακλὼ, *cum transissent primas excubias.*

Φυλακίζω, in carcerem pertraho. *Act. 22, 19.*

Φυλάσσω *vel* φυλάττω, custodio, servo. *Gal. 6, 13.* αὐτοὶ νόμον φυλάσσουσι, *illi legem servant. Luc. 11, 21.* φυλάσσῃ, *custodiat. Act. 16, 4.* φυλάσσειν τὰ δόγματα, *servare statuta. Act. 22, 20.* φυλάσσων τὰ ἱμάτια, *custodiens vestimenta. Luc 2, 8.* φυλάσσοντες τὰς φυλακὰς, *advigilantes ad custodiam gregum suorum.* Fut. φυλάξω. *Joh. 12, 25.* Præt. perf. πεφύλαχα, *unde est* πεφύλαγμαι *&*

Πεφυλαγμένως, *cautè*, aor. 1 act. ἐφύλαξα, *custodivi. Joh. 17, 12.* οὓς δέδωκάς μοι, ἐφύλαξα, *quos dedisti mihi, custodivi.* ἐφύλαξε, *2. Pet. 2, 5.* conservavit. ἐφυλάξατε, *servastis, Act 7, 53.* aor. 1. act. imper. φύλαξον, custodi, *1. Tim. 6, 20* φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων, *cavete vobis ab idolis.* aor. 1. act. subj. φυλάξω, ῃς, ῃ, servem, *1. Tim. 5, 21.* aor. 1. act. inf. φυλάξαι, custodire, *Judæ v. 24. pass. & med.* φυλάσσομαι, caveo, *2. Tim. 4, 15.* ὃν καὶ σὺ φυλάσσου (*2. sing. præs. med. imper.*) *quem & tu cave. Luc. 12, 33.* φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας, *cavete ab avaritia. Act 21, 25.* φυλάσσεσθαι αὐτοὺς, *cavere sibi ab iis. Act. 23, 35.* φυλάσσεσθαι, *custodiri.* aor. 1. med. ἐφυλαξάμλω, observavi, *Matth. 19, 20.*

Προφυλάττω, med. προφυλάττομαι, præservo, præcaveo, *2. Reg. 22, 24. item*, excubias ago *ante aliquem locum.*

Προφυλακὴ, ῆς, ἡ, excubiæ, vigiliæ, *Judith 10, 12. item*, præcautio.

Προφυλακτικὸς, ὴ, ὸν, *ad præcautionem aptus, præservativus.*

Προφύλαξ, ακος, ὁ, excubitor, speculator, *1. Macc. 12, 27.* ἐξέβαλε προφύλακας κύκλῳ τῆς παρεμβολῆς, *emisit excubitores in circuitu castrorum.*

Φύλαγμα, τος, τὸ, quod custoditur, *seu, quod datum est ad custodiendum; it.* mandatum, *1. Macc. 8, 26.*

Φυλακτήρια, τὰ, phylacteria, *q. d.* conservatoria, *Matth. 23, 5.* πλατύνουσι γὰρ τὰ φυλακτήρια αὐτῶν, *dilatant enim phylacteria sua, hoc est, laminas aut membranulas* fronti *aut* brachio *alligatas, idque ex falsâ interpretatione locorum Ex. 13, 16. Deut. 6, 8. ut tam ipsis, quàm aliis semper in animum revocaretur lex Dei, quibus tamen Pharisæi abutebantur ad vanam ostentationem,* πρὸς τὸ θεαθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, *quibus ex Patribus & recentioribus sint, qui* κατὰ ῥητὸν *verba hæc accipiunt: plures tamen non absre eadem metaphoricè interpretantur, quod scilicet legis* DEI *semper memores esse debeant, sicut aliquis memor est signi fronti vel brachio alligati.*

Βιβλιοφυλάκιον, ου, τὸ, bibliotheca, *sic dicta ab asservandis libris. 1. Esd. 6.*

Γαζοφυλάκιον, ου, τὸ, gazophylacium, ærarium ecclesiasticum. *Vox composita ex voce Persica* γάζα, ης, ἡ tribu-

Franckesche Stiftungen zu Halle

tributa, ῶν, ἡ, & φυλακή, custodia. *Marc. 12, 41. turba immittebat ara εἰς τὸ γαζοφυλάκιον, hoc est, in arcam aliqvam. Joh. 8, 20. ταῦτα ῥήματα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ, hæc verba locutus est Jesus in Gazophylacio, hoc est, in illa templi regione, qvæ oblationibus conferendis erat destinata, seu ubi erat capsula seu arcula illa, in qvam eleemosynas & munera sua injiciebant. Custodes illius ærarii dicuntur οἱ γαζοφύλακες.*

Γαζοφύλαξ, ακος, ὁ, gazæ seu thesauri custos. *1. Esd. 2.*

Δεσμοφύλαξ, ακος, ὁ, vinctorum custos, *qvi Latinè una voce dicitur* commentariensis, *Act. 16, 23. 27. 36.*

Διαφυλάττω, custodio, conservo. *Sap. 10, 12. διεφύλαξεν αὐτὸν ἀπὸ ἐχθρῶν, conservavit eum ab inimicis. a. 1. inf.* ἐφύλαξα, *custodire, Luc. 4, 10.*

Ὀπωροφύλαξ, ακος, ὁ, autumnalium fructuum custos.

Ὀπωροφυλάκιον, ου, τὸ, casula & ὀπωροφύλακος, pomorum custodia, *Ef. 1, 8. Ex* ὀπώρα, *autumnus, &* φύλαξ.

ΦΥΛΗ, ῆς, ἡ, tribus, *Matth. 19, 28. κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλάς, judicantes duodecim tribus. Act. 13, 21. ἐκ φυλῆς Βενιαμίν, ex tribu Benjamin. Jac. 1, 1. ταῖς δώδεκα φυλαῖς, duodecim tribubus. item*

Φῦλον, ου, τὸ, gens, natio, *unde est*

Συμφυλέτης, ου, ὁ, contribúlis, *1. Thess. 2, 14.*

Ἀλλόφυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, alienigena. *Act. 10, 28. ἀθέμιτόν ἐστιν ἀνδρὶ Ἰουδαίῳ κολλᾶσθαι ἀλλοφύλῳ, nefas erat Judæo adhærere alienigenæ, h. e. eo familiariter uti non licebat. item* Philistæus.

Ἀλλοφυλισμός, οῦ, ὁ, ritus alienigenarum, gentilismus. *2. Macc. 4, 13. cap. 6, 24.*

Ἀρχιφύλος, ου, ὁ, princeps tribus.

Ὁμόφυλος, ου, ὁ, ἡ, qvi est ejusdem tribus, tribulis, *2 Macc. 4, 10.*

Πάμφυλος, ου, ὁ, ex omnium gentium genere mixtus, *2. Macc. 8, 9. ὑποτάξας παμφύλων ἐθνῆ, subdens omnis generis gentes; ad animantia transfertur: παμφύλων θηρῶν, omnis generis ferarum.*

Δωδεκάφυλος, ου, ὁ, in duodecim tribus divisus.

Δωδεκάφυλον, ου, τὸ, duodecim tribus, *Act. 26, 7.*

Φυλάρχης & φύλαρχος, ου, ὁ, præfectus *seu* princeps tribus; Tribunus, *2. Macc. 8, 32.*

ΦΥΛΛΟΝ, ου, τὸ, folium, (*ἀφύω nascor*) τὰ φύλλα, folia, *Matth. 21, 19. & c. 24, 32. Marc 11, 13. Apoc. 22, 2. καὶ τὰ φύλλα τοῦ ξύλου, & folia ligni, h. e. arboris (Hebraismus.)*

ΦΥΡΩ. Fut. ῶ, & φύρσω. Præt. πέφυρκα, commisceo.

Φυράω, ῶ, misceo, macero, subigo. Fut. άσω. Præt. ακα. aor. 1. med. ἐφυραμάμην.

Φύραμα, τος, τὸ, massa luti, *Rom. 9, 21.* farina aqvâ subacta *1. Cor. 5, 6.*

Συμφύρω, commisceo, confundo, *Sir. 12, 14. συμφυρώμενον ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτοῦ, qvi commiscetur in peccatis ejus, qvi sit peccati socius & se alienæ culpæ immiscet.*

Σύμφυρτος, ου, ὁ, ἡ, commixtus, confusus.

Συμφύρδην, adv. commixtim, confusè, promiscue; ἀστὶ, & φύρδην, adv. mixtim, permixtim, *2. Macc. 4, 41.*

ΦΥΣΑ vel φύσα, follis, *ἰλιαδ. σ.*

Φυσάω,

Φυσάω, sufflo.

Ἐμφυσάω, ῶ, afflo. *Joh. 20, 22.* καὶ ἐν τοῦτο εἰπὼν ἐνεφύσησε, (*3. sing. aor. 1. act. indic.*) & quum hoc dixisset, afflavit eos.

Φυσιόω, ῶ, inflo, superbum reddo. *1. Cor. 8, 1.* ἡ γνῶσις φυσιοῖ, scientia inflat. Fut. φυσιώσω. Præt. πεφυσίωκα. Pass. φυσιόομαι. ῶμαι, inflor, turgeo. *1. Cor. 13, 4.* ἡ ἀγάπη οὐ φυσιοῦται, charitas non inflatur. *1. Cor. 4, 16.* φυσιοῦσθε, pro φυσιοῦσθε, inflemini. Scilicet ἵνα etiam construitur cum indicativo, quamvis rarissimè. *Col. 2, 18.* φυσιούμενος inflatus. Part. præt. πεφυσιωμένος, η, ον, inflatus, a, um, *1. Cor 4, 19.* & *c 5, 2.* aor. 1. pass. ἐφυσιώθην, *1. Cor. 4, 18.*

Ἐμφυσιόω, ῶ, inflo; inspiro, *3. Esd. 9, 48.* ἐμφυσιοῦντες ἅμα τὸν ἀναγινώσκοντα, inspirantes simul lectionem. Inspirare lectionem, idem esse puto ac punctis vocalia (quæ sunt veluti spiritus & anima vocum) substernere; ut auctorem libri in ea sententia fuisse appareat, quæ statuitur, vocalium apices ante tempora Esdræ exulasse à Codice sacro, ab eoque demum appositos fuisse. Sed hæc puto potiùs, quam existimo. aor. 1. pass. ἐνεφυσιώθη, inspiratus sum, *v. 55.*

Φυσίωσις, εως, ἡ, tumor animi, *2. Cor. 12, 20.*

ΦΥΩ, gigno, produco, édo, pario, *item neutraliter* nascor, enascor, púllulo. Fut. φύσω. Præt. πέφυκα, natus sum; *item* ita naturâ comparatus sum. Præt. med. πέφυα ἰλιαδ. δ. aor. 2. act. ἔφυν. (item *aor. 2.* ἔφυν, υς, υ, *à* φύω. *unde est aor. 2. part. act.* φύς, ύντος, ὁ.) aor. 2. pass. ἐφύη. in part. aor. 2. pass. φυείς, ῆσα, ἐν, enatus, a, um. *Luc. 8, 6.* καὶ φυὲν ἐξηράνθη, & enatum exaruit. *Hebr. 12, 15.* φύσαν, (*part. præs. act. g. f.*) suppullulans.

A Φύσις, εως, ἡ, natura, *Rom. 2, 14. 1. Cor. 11, 14. Eph. 2, 3.*

Φυσικὸς, ἡ, ὸν, naturalis, e, *Rom. 1, 26.*

Φυσικῶς, naturaliter, *Judæ v. 10.*

Φυτὸς, satus.

Ἔμφυτος, ον, ὁ, ἡ, insitus, *Jac. 1, 21.* δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον, excipite insititium illum sermonem.

Νεόφυτος, ον, ὁ, propriè; nuper plantatus, nuper satus. novitius, *1. B Tim. 3, 6.*

Ἐκφύω, germino, *Matth. 24, 32.* ὅταν ἡ φύλλα ἐκφύῃ, (*præs. subj. 3. pers. sing. act.*) quum folia germinant.

Φυτὸν, οῦ, τὸ, planta.

Φυτεύω, planto, confero. *1. Cor. 9, 7.* τίς φυτεύει ἀμπελῶνα; Quis plantat vineam? *1. Cor. 3, 2.* οὐδὲ ὁ φυτεύων (*part. præs.*) neque qui plantat. imperf. ἐφύτευον, plantabam, *Luc. C 17, 28.* ἐπώλουν, ἐφύτευον, vendebant, plantabant. Fut. φυτεύσω, plantabo. aor. 1. act. ἐφύτευσα, plantavi. *1. Cor. 3, 6.* ἐγὼ ἐφύτευσα, ego plantavi. *Matth. 15, 13.* πᾶσα ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ Πατήρ μου, quam non plantavit Pater meus. Præt. act. πεφύτευκα, plantavi. unde est præt. pass. πεφύτευμαι, & hinc part. præt. pass. πεφυτευμένος, plantatus. quod legitur *Luc. 13, 6.* aor. 1. pass. ἐφυτεύθην, plantatus fui. D unde aor. 1. imper. φυτεύθητι, plantator. *Luc. 17, 6.*

Φυτεία, ας, ἡ, satio, plantatio. *item* planta, *Matth. 15, 13.*

Ἐπιφύομαι, *insuper* nascor, adnascor, accresco; *It.* cresco, *augeor. 2. Macc. 4, 50.* ἐπιφυόμενος τῇ κακίᾳ, crescens malitia. *part. aor. 2. pass.* ἐπιφυείς, ὄντος, adnatus; post natus.

Εὐφυὴς, ές, ὁ, ἡ, habilis, ingeniosus; *it.* opportunus. *2. Macc. 4, 32.*

Κατα-

Καταφυτεύω, transplanto; *it.* planto. *Sir.* 49, 7.

Συμφύω, una nascor, connascor, *Sap.* 13, 13. ξύλον σκολιὸν καὶ ὄζοις συμπεφυκὸς, *lignum curvum & adnatis ramis plenum; Item* coalescere facio, coagmento.

Συμφύομαι, simul enascor, *Luc* 8, 7. συμφυεῖσαι αὐ ἄκανθαι, *simul enatæ spinæ*, ubi συμφυεῖσαι est part. aor. 2. pass. plur. num. g. fœm. in masculino συμφυεὶς ἐντος. ab aor. 2. pass. indic. συνεφύη, ης, η.

Σύμφυτος, ε. ὁ, ἡ, una plantatus, *Rom.* 6, 5.

ΦΩΛΕΟΣ, ῦ, ὁ, (ἀ φῶς *lumen* & ὀλέω *perdo*) lustrum, antrum, latibulum. *Matth.* 8, 20. αἱ ἀλώπεκες φωλεὸς ἔχουσι, *vulpes lustra habent. Luc.* 9, 58.

ΦΩΝΗ, ῆς, ἡ, vox, (ἀ φάειν, *pro quo usitatum est* φάναι loqui. *vel quasi* φῶς νοὸς *quod sit nota mentis*) *Matth.* 3, 3. φωνὴ βοῶντος, *vox clamantis. ibid.* 9, 17. φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν, *vox è cœlis. Matth.* 17, 5. φωνὴ ἐκ νεφέλης, *vox è nube. Matth.* 27, 46. ἀνεβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ, *exclamavit Jesus voce magna. Act.* 12, 22. θεοῦ φωνὴ, *vox Dei. 2. Petr.* 2, 16. οὐ ἀνθρώπου φωνῇ φθέγξεται, *humana voce loquet.* Lingua. *1. Cor.* 14, 10. τοσαῦτα γένη φωνῶν ἐστιν ἐν κόσμῳ, *tot genera linguarum sunt in mundo.* vaticinium. *Act.* 13, 27. τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν ἀναγινώσκοντες, *voces, hoc est, vaticinia prophetarum impleverunt. Hebr.* 12, 19. φωνὴ ῥημάτων, *vocem verborum.* Fletus, vox lamentabilis. *Matth.* 2, 18. Sonus, *Matth.* 24, 31. μετὰ σάλπιγγος φωνῆς, *cum voce tubæ. 1. Cor.* 14, 7. τὰ ἄψυχα φωνὴν διδόντα, *inanimata sonum edentia. Apoc.* 9, 9. φωνὴ πτερύγων, *sonus alarum.* rumor, *Act.* 2, 6.

A Φωνέω, voco, *scilicet voce mea non per alium. Hoc enim est* καλεῖν, *cùm de præsente, & μεταπέμπεσθαι, cum de absente agitur. Joh.* 11, 28. φωνεῖ σε, *vocat te.* nomino, *Joh.* 13, 13. ὑμεῖς φωνεῖτέ με, *vos me nominatis, vel salutatis.* invito. *Luc.* 14, 12. μὴ φώνει, (*præs. imper.*) *ne invita.* clamo. imperf. ἐφώνεον, ον, *clamabam, Luc.* 8, 8. ταῦτα λέγων ἐφώνει, *hæc dicens clamabat.* F. φωνήσω, canam, & dicitur de gallo *Joh.* 13, 39. ὃ μὴ ἀλέκτωρ φωνήσῃ, *neqvaqvam gallus canet.* aor. 1. ἐφώνησα, vocavi. *Matth.* 20, 32. στὰς ὁ Ἰησοῦς ἐφώνησεν αὐτοὺς, *& consistens Jesus vocavit eos*, cecini, *& dicitur de gallo, Matth.* 26, 74. καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησε, *& statim gallus cecinit. Joh.* 9, 18. ἐφώνησαν τοὺς γονεῖς, *vocarunt parentes.* aor. 1. imper. φώνησον, *voca, Joh.* 4, 16. aor. 1. inf. φωνῆσαι, *vocare, Joh.* 1, 48. part. aor. 1. φωνήσας, ας, ὁ, *qui vocavit. Luc.* 16, 2. 24. & c. 23, 46. *Act.* 9, 41. & c. 10, 7. pl. φωνήσαντες οἱ, *Act.* 10, 18. aor. 1. pass. ἐφωνήθη, vocatus sum, *bis legitur in infinitivo* φωνηθῆναι *Marc.* 9, 35. *Luc.* 19, 15.

Ἀναφωνέω, ῶ, exclamo, *Luc.* 1, 42. καὶ ἀνεφώνησε, *& exclamavit.*

Ἀντιφωνέω, ῶ, contrarium sonum edo; obloqvor; respondeo. *1. Macc.* 12, 18. ἀντιφωνήσαντες ἡμῖν περὶ τούτων, *respondentes nobis ad hæc.*

Προσφωνέω, ῶ, exclamo, advoco. *cum Dativ. Matth.* 11, 16. καὶ προσφωνοῦσι τοῖς ἑταίροις αὐτῶν, *& advocant sodales suos.* alloqvor, imperf. *Act.* 22, 2. προσεφώνει αὐτοῖς, *alloqvebatur eos.* aor. 1. act. προσεφώνησε, *absolutè* sine casu. *Luc.* 23, 20. ὁ Πιλάτος προσεφώνησε, *Pilatus allocutus est.*

Ἐπιφωνέω, ῶ, acclamo. *Legitur ter in solo imperf. Act.* 12, 22. ὁ δὲ δὴ-

μος